

múnera, quæ tibi reverenter offerimus, gratum maiestati tuæ Pontificem sanctæ matris Ecclesiæ regimini præesse gaudeamus. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas deprecámur, supplici confessione dicentes:

Ex. 29:29–30

Veste sancta utétur póntifex, qui fúerit constitútus, et ingrediétur tabernáculum testimónii, ut minístret in sanctuário. (T. P. Alleluia.)

Pretiósi Córporis et Ságuinis tui nos, Dómine, sacraménto reféctos, mirífica tuæ maiestátis grátia de illíus Summi Pontíficis concessióne lætíficet: qui et plebem tuam virtútibus ínstruat, et fidélium mentes spirituálium arómatum odóre perfúndat: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

which we reverently offer unto Thee, we may rejoice in a pontiff pleasing to Thy majesty, and presiding over the government of holy mother Church. Through our Lord.

#### COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

#### COMMUNION

The high priest who shall be appointed shall wear the holy vesture, and shall enter into the tabernacle of the testimony, to minister in the sanctuary.

#### POSTCOMMUNION

May we, who are refreshed by the sacrament of Thy precious Body and Blood, O Lord, be gladdened by the wonderful grace of Thy majesty in granting us a pontiff, who shall instruct Thy people by his virtues and fill the souls of the faithful with spiritual fragrance: Who livest and reignest.

## MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

### PROPER of the MASS

#### VOTIVE MASS FOR THE ELECTION OF A POPE

1 Reg. 2:35

Suscitábo mihi sacerdotem fidélem, qui iuxta cor meum et ánimam meam fáciat: et ædificábo ei domum fidélem, et ambulábit coram Christo meo cunctis diébus. (T. P. Alleluia, alleluia.) Ps. 131:1. Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis eius. V. Glória Patri.

#### INTROIT

I will raise me up a faithful priest, who shall do according to my heart, and my soul; and I will build him a faithful house, and he shall walk all days before my anointed. (P. T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 131:1.) O Lord, remember David, and all his meekness. V. Glory be to the Father.

#### COLLECT

O Lord, with suppliant humility we entreat Thee, that in Thy boundless mercy Thou wouldst grant the most holy Roman Church a pontiff, who, by his zeal for us, may be pleasing to Thee, and by his good government may ever be honored by Thy people for the glory of Thy name. Through our Lord.

Hebr. 4:16; 5:1–7

Fratres: Adeámus cum fidúcia ad thronum grátiae, ut misericórdiam consequámur et grátiam inveniámus in auxílio opportúno. Omnis namque póntifex ex homínibus assúptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona et sacrificia pro peccátis: qui condolére possit iis qui ignórant et errant:

#### EPISTLE

Brethren: Let us go therefore with confidence to the throne of grace; that we may obtain mercy, and find grace in seasonable aid. For every high priest taken from among men, is ordained for men in the things that appertain to God, that he may offer up gifts and sacrifices for sins; who can have compassion on them that are ignorant and that err: because he himself

quóniam et ipse circúmdatus est infirmitate: et propterea debet, quemádmódum pro pópulo, ita étiam et pro semetípso offerre pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsum clarificávit, ut pónitífex fieret, sed qui locútus est ad eum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmódum et in álío loco dicit: Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Qui in diébus carnis suæ preces supplicatiónesque ad eum, qui possit illum saluum fácere a morte, cum clamóre válido et lácrimis ófferens, exaudítus est pro sua reveréntia.

*Levit. 21:10*

Pónitífex sacérdos magnus inter fratres suos, super cuius caput fusum est unctiónis óleum, et cuius manus in sacerdotío consecráte sunt, vestitúsque est sanctis véstibus: débuit per ómnia frátribus similári. (Hebr. 2:17) Ut miséricors fieret, et fidélis pónitífex ad Deum: ut repropitiáret delícta pópuli.

*Levit. 21:8*

Allelúja, allelúja. Sacérdos sit sanctus, sicut et ego sanctus sum, Dóminus, qui sanctífíco vos. Allelúia.

*After Septuagesimam, instead of the Allelúia and its verse, is said*

*Ps. 131:8–10*

Surge, Dómine, in réquiem tuam: tu et arca sanctificatiónis tuæ. V. Sacerdótes tui induántur iustítiam, et sancti tui exsúltent. V. Propter

also is compassed with infirmity. And therefore he ought, as for the people, so also for himself, to offer for sins. Neither doth any man take the honor to himself, but he that is called by God as Aaron was. So Christ also did not glorify Himself, that He might be made a high priest: but He that said unto Him: Thou art my Son, this day have I begotten Thee. As He saith also in another place: Thou art a priest for ever, according to the order of Melchisedech. Who in the days of His flesh, with a strong cry and tears, offering up prayers and supplications to him that was able to save Him from death, was heard for His reverence.

#### GRADUAL

The high priest, the priest great among his brethren, upon whose head the oil of unction hath been poured, and whose hands have been consecrated for the priesthood, and who hath been vested with the holy vestments: it behooved him in all things to be made like to his brethren. (Hebr. 2:17) That he might become a merciful and faithful high priest with God.

#### ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Let the priest be holy as I am holy, the Lord who sanctify you. Alleluia.

#### TRACT

Arise, O Lord, into Thy resting-place; Thou and the ark which Thou hast sanctified. V. Let Thy priests be clothed with justice, and let Thy saints rejoice. V. For Thy servant

David servum tuum, non avértas fáciem Christi tui.

David's sake turn not away the face of Thy anointed.

*During Paschaltide, instead of the Gradual*

*Levit. 21:8, Jn. 10:14*

Allelúia, allelúia. V. Sacérdos sit sanctus, sicut et ego sanctus sum, Dóminus, qui sanctífíco vos. Allelúia. V. Ego sum pastor bonus: et cognósco oves meas, et cognóscunt me meæ. Allelúia.

*Jn. 14:15–21*

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Si dilígitis me, mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem, et álíum Paráclitum dabit vobis, ut máneat vobíscum in ætérnum, Spíritum veritátis, quem mundus non potest accíperé, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum: quia apud vos manébit, et in vobis erit. Non relínquam vos órphanos: véniam ad vos. Adhuc módicum; et mundus me iam non videt. Vos autem vidétis me, quia ego vivo, et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandáta mea, et servat ea: ille est, qui díligit me. Qui autem díligit me, díligétur a Patre meo; et ego díligam eum, et manifestábo ei meípsum.

*3 Esdræ 5:40*

Non participéntur sancta, donec exsúrgat pónitífex in ostensiónem et veritátem. (*T. P. Allelúia.*)

Tuæ nobis, Dómine, abundántia pietátis indúlgeat: ut per sacra

#### PASCHALTIDE ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. Let the priest be holy, as I am holy, the Lord who sanctify you. Alleluia. V. I am the good shepherd, and I know my sheep, and mine know Me. Alleluia.

#### GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples, if you love me, keep my commandments. And I will ask the Father: and he shall give you another Paraclete, that he may abide with you for ever: The spirit of truth, whom the world cannot receive, because it seeth him not, nor knoweth him. But you shall know him; because he shall abide with you and shall be in you. I will not leave you orphans: I will come to you. Yet a little while and the world seeth me no more. But you see me: because I live, and you shall live. In that day you shall know that I am in my Father: and you in me, and I in you. He that hath my commandments and keepeth them; he it is that loveth me. And he that loveth me shall be loved of my Father: and I will love him and will manifest myself to him.

#### OFFERTORY

They shall not partake of holy things, until a high priest shall arise for evidence and truth.

#### SECRET

Grant us, Lord, from the fulness of Thy loving kindness, that by the sacred offerings